



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XII. Herzog Rudolph von Sachsen bestätigt die Stadt Müncheberg und
befreit sie von allen Zollabgaben in der Stadt Straußberg, am 13. Januar
1321.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

stat tv monkeberg scol hebben in der heyde tv liuenberghe berneholt tv bornen vnd scal gheuen van deme perde enen penningh. Vortmer so wole wi dat, dat man in deme lande vorlegghen vnd vvorlegghen, sunder allene, dat de Ridder vnd knecht vnd erm plughe hebben, von der hvue scole vuren vihr vuder steyne tu der mvre tu monicheberch, tve vuder tu oftern, tve vuder to pingesten. Vortmer teyn mark, de vns de stat tv monikeberge gelen hat, de scal man aue slan van der ersten pleghe, de se gift. Tuge desser vorbenomeden dinghe sint haffe van Cremelowe, Ebile van berthekow, Mornere, Janeke van gunthersberge, Henningh botyl, Bruseke, Ecghehart van dewize, Kerstan morctin, Claus van bornam, Henningh van bredow, Ridder, Herman van grunenberch, Gerke wale, borghere tv vrankenuorde, hinrik van maynardesdorp, en borgher tv monkeberch, vnd anders veil beruer lude. Disse breue sint gegheuen vnd gescreeven tv arneswolde vnder vnsen Inghefegle, in den jaren godes Dv sint driehundert vnde Neginteyne, in sunte michelis daghe.

Nach dem Originale im Rathes-Archive zu Möncheberg.

Anmerk. Sämmtliche nachstehend aus dem Originale mitgetheilte Urkunden, bei denen nicht etwas Anderes bemerkt ist, sind von den im Rathes-Archive zu Möncheberg beruhenden Urchriften abgeschrieben.

XII. Herzog Rudolph von Sachsen bestätigt die Stadt Möncheberg und befreiet sie von allen Zollabgaben in der Stadt Straußberg, am 13. Januar 1321.

In nomine domini amen. Rudolphus, dei gratia Dux Saxonie, Angarie, Westphalie, Comes in Bren nec non Burchgravius in Maydeburch, vniuersis et singulis christi fidelibus presentes litteras visuris seu auditoris salutem in perpetuum. Acta modernorum idcirco priuilegijs roborantur, ne vt quandoque fieri solet a posteris infringantur. Notum igitur esse volumus tam presentibus quam futuris, Quod nostre Ciuitati Monekeberch et omnibus Ciuibus nunc et in futuro in eadem Ciuitate residentibus. Omnes consuetudines ac libertates atque omnia eorum iura et singula damus et donamus et approbando firmiter Confirmamus, que ab antiquis ipsorum dominis principibus magnificis de Brandeburch, quondam Marchionibus diue recordacionis dicta Ciuitas Monekeberch ac ipsi Ciues predicti habuerunt, quas consuetudines ac libertates et que iura sepedicti Ciues cum eorum literis patentibus super hijs confectis et a predictis Marchionibus de Brandeburch traditis possunt publice edocere, volentes ipsam Ciuitatem predictam et Ciues inibi residentes speciali gracia prosequi et Favore liberaliter ipsis donantes, quod ab omni Thelonio deinceps in nostra Ciuitate Struzberch debent esse liberi et soluti. In omnium premisso euidenciam presentes litteras cum testium Subseriptione ac munimine nostri sigilli duximus firmiter roborandas. Testes huius sunt Dominus Nicolaus, prepositus in Bernowe, Otto et hinricus, pincerne de Schenkendorph, henning et hermannus, dicti de wolkowe, hinricus de Slaber-

dorph, Boldewyn Trift, milites nostri et quam plures alij fide digni. Datum Strutzberch, anno domini Millesimo Tricentesimo vicesimo primo, in Octaua Epiphanie domini.

Nach dem Originale.

XIII. Herzog Rudolph von Sachsen überläßt der Stadt Müncheberg den Wald Copernitz, am 13. Januar 1321.

In nomine Sancte et Indiuidue trinitatis Amen. Rudolphus, dei gratia Dux Saxonie, Angharie, westphalie, Comes in Bren nec non Burchgrauus in Maygdeburch, vniuersis et Singulis cristi fidelibus presentes litteras visuris seu auditoris Salutem in domino sempiternam. Actiones, quas mundus ordinat, sepe delet successus temporis, nisi auctor curet eas sigillatis apicibus eternare. Notum igitur esse volumus tam presentibus quam futuris, Quod nostre Ciuitati Monckeberech ac omnibus et Singulis Ciuibus in eadem Ciuitate nunc et in futuro residentibus quoddam virgultum dictum Copernitz siue nemus cum fundo et proprietate ipsius damus et donamus, dedimus et donauimus cum omni iure et vtilitate pacifice, quemadmodum ipsum habuimus virgultum, perpetuo possidendum et habendum taliter, quod predictae Ciuitatis Ciues dictum possunt conuertere virgultum iure hereditario prout alia eorum Bona, ad sepedictae Ciuitatis vsum et vtilitatem libere, sicut ipsis melius et commodius videbitur expedire. Ne autem hec nostra donatio a nostris successoribus et a nullo infringatur, sed stabilis et inconuulsa permaneat, presentes litteras conscribi iussimus et munimine nostri sigilli fecimus roborari. Testes huius donationis sunt dominus Nicolaus, prepositus in Bernowe, Otto et hinricus, Pincerno de Schenckendorp, Henningus et Hermannus, fratres, dicti de wolkowe, Hinricus de Slaberndorp, Boldewyn Trift, milites nostri et quam plures alij fide digni. Datum Strutzberch, Anno Domini Millesimo Tricentesimo vicesimo primo, in Octaua Epyfanie domini.

Nach dem Originale.

XIV. Markgraf Ludwig verspricht der Stadt Müncheberg die Bestätigung ihrer Privilegien und Rechte, am 28. September 1324.

Ludowicus, dei gratia Brandenburgensis et lusacie marchio, Comes palatinus Renj, Dux bawarie, sacri imperii Archicamerarius, fidelibus et dilectis vasallis et Consulibus de Monkeberge graciā suam et omne bonum, Quod vniuersa iura vestra libertates antiquas et approbatas consuetudines litteras et priuilegia, quibus ab antecessoribus nostris quondam marchio-